

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Patris Gasparis Druzbicki

Pawlowski, Daniel Ingolstadii, 1732

VD18 90066324

Caput II. Viæ Domini, quibus P. Gasparem duxit Deus ad perfectionem in Religioso Statu, per annos viginti priores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45343

est, perseverare in Societate JEsu. Sub tanto Magistro, quantum in studio virtutis Pater Gaspar profecerit, sequens Caput aperiet. Transacto Probationis biennio, Vota religiosa simplicia nuncupavit 15. Augusti, in Festo Augustissimæ Virginis in Calos assumptæ, holocaustumque ejus secum assumentis.

to

10

ti I

*

F

CAPUT II.

Vie Domini, quibus Patrem Gasparem duxit Deus ad perfectionem in Religioso statu, per annos viginti priores.

Ma hæc, quâ ad cælestem patriam pergimus, vita nempe nostra, ex iis quæ Deus operatur in nobis, nihil admirabilius habet, directione cordis, de qua Pater Gaspar dicere solebat; Occupatio in se in Cœlo (quod de mera Dei Optimi misecalo circa di-ratione, & ope Divæ Matris, indubiè præstolabatur) post adoratam Sanctissimam Trinitatem, Humanitatemque Christi, nec non Virginem Beatiffimam, millionem integrum annorum impensurum, in investigandis admirabilibus modis, quos Deus adhibet, in directione cordis. Sicubi, hîc certe ex abundantia cordis os ejus loquebatur, ut colligere est è secretissimis, & nemini quoad vixit, communicatis pagellis ejus, (quibus hunc titulum præfixit. Viæ Domini, quibus me duxit in Religiosostatu) ex libello Illustrationum post mortem ejus reperto; ex quibus nonnulla decerpam, verbis illius ipfius. Ita igitur ille loquitur. Anno 1609. In prima probatione, memini

Spiritus revum omnium contemptor.

rectionem

cordis.

me habuisse spiritum rerum omnium contemptorem.

Initio Novitiatûs, dedit mihi Dominus con-Refignatio in siderationem divinæ suæ providentiæ, & inspi-Deivoluntas ravit mihi, ut me illi committerem, in assignatione officiorum, occupationum, sociorum, locorum, &c. Et hunc spiritum, cum magna mea quiete consolationeque, & varia experientia, hucusque fere semper retinui & exercui. Ibidem dedit mihi Dominus spiritum compun-& contempctionis & contemptionis mei ipsius, quin & tus sui. cognitionem mei tunc accepi tantam, post quam non memini me deinceps à Deo majorem Devotio ad accepisse. Ibidem dedit mihi Dominus raram erga Paisionem Christi devotionem, potissi- Christi passimum ad mysterium Flagellationis. Ibidem de-Presentia siderium acquirenda divina semper prasentia Dei. concepi; sed cum eam concipere non scirem, immo etiam explicante Magistro, non tantum non caperem, sed magis etiam confunderer, ipse mihi Dominus intus exposuit, & docuit. Ibidem devotionem erga Sanctissimum Sacra- Devotio ad mentum concepi, & præsertim post Commu-SS. Sacranionem, capi ad ejusdem inspirationes, & mo- Defiderium nitiones attendere. Ibidem desideria acquiren-perfectionis. dæ perfectionis sentiebam tanta, ut si quando me corriperent, non possem in ullo quiescere. Ibidem amorem orationis, ejusque frequentan- Amor oratiodæ ac prolongandæ desideria senticbam. Ibi-nis. dem dederat mihi fiducialem quandam devo-B.V. tionem ad Beatam Virginem, apud quam efflevi, ne dicam extorsi mihi sanitatem pectoris, in quo non leviter vacillare caperam.

Anno 1611. Lublini in Rhetorica, docuit Nullius of.

ito

15-

n-

U-

u-

lu-

us,

ra-

10-

at 5

le-

to-

Ita-

ir-

10-

ili-

one

dis

Ili-

pa-

Vie

· li-

to;

ip-

nini

me

me Dominus; Ita in Religiosa domo esse vivendum, ut offendam toto tempore neminem. Patientia & Ibidem exercuit patientiam meam per quosdam. Ibidem docuit me Dominus silendum esse ex plentium. voluptate, loquendum ex necessitate.

Lectio Spiri-Euglis.

admortens.

Anno 1612. Calissij in Logica, dedit mihi Dominus affectum ad spiritualem lectionem. Ibidem collegi in unum, per modum libelli, omnes doctrinas spirituales, quas in Novitiatu,

Preparatio & usque huc in religione didiceram. Eodem anno, 25. Decembris, accepi à Deo expectationem mortis, singulisque diebus unum quadrantem in ea cogitanda impendebam; duravitque hæc expectatio in me fermè quadriennio & amplius, magno meo fructu & spiritûs renovatione. Hoc anno cœpi indutus cilicio communicare, vel facta disciplina. Hoc etiam anno

Ilfus mortificationis ante Communioment.

tiones.

scripsi primas meditationes de Communione, & affectus postea usurpandos. Anno 1613. In Physica, multum adjutus sum in spiritu, lectione libri, Patris Jacobi Alvarez,

de vita religiosa: ad cujus normam mihi conscripsi, multa ex eo accipiendo, vitam quoti-Hocanno cœpi Sanctiffimum Sacra-Varie devo-dianam. mentum visitare sexies in die, Beatissimam Virginem salutare ibidem. Hoc anno sensi in me devotionem ad Sanctos: & hîc cœpi colligere Martyrologium, ut pro fingulis diebus Litanias haberem. Potitimum autem ad Sanctos Doctores devotus esse, & in corum diebus com-

municare cœperam, deque iis Litanias mihi Hoc anno renovata est in me Odium Juip-confeceram. gratia agnitionis, & odii mei ipsius, de qua e-10US. tiam scripsi tractatulum, qui est de cognitione

ef

pe

lia

H

de

pf

ar

gr

ris

bo

lig Q bu

m

€2

ar

tic

ta

20

tæ

क

tic

pe

CC

he

pi

& humiliatione. Hoc anno renovata est in me efficacius quam ante, cupiditas habendi semper ob oculos Deum præsentem, de qua re scripsi meditationes pro tota hebdomada.

Anno 1614. In Metaphysica, coepi Evangelia Dominicarum Communioni applicare, & capi meditationes de Dominicis adnotare. Hoc anno magnum amorem, & æstimationem dedit mihi Dominus Obedientiæ, de qua scripsi Tractatum. Hoc anno dedit mihi Dominus Amor Æteramorem æternæ Sapientiæ, desideriumque ma- næ Sapientiæ. gnum, ut minister ejus esse possem; scripsi de illa Officiolum, & Hymnos aliquot. Ad B. Virginem etiam fui devotus, sub nomine Matris Æternæ Sapientiæ. Hoc anno scrupulis laboravi, & feci confessionem totius vitæ in Religione acta. Hoc anno feci disciplinam per Quadragesimam, ad sanguinem, singulis diebus, devotionemque ad Christi pathonem, in me auctam fenfi.

Scrupulio

Disciplina.

Anno 1615. Dum docerem Lublini Poeti- Mortis expecam, renovata est in me mortis expectatio, & statio. amor divinæ providentiæ, Ibidem vocali ora- Oratio vatione, & Litaniis, plus juvabar quam aliis men-calis. talibus.

Anno 1616. Lublini docens Rhetoricam, munis. accepi à Domino cognitionem, & amorem vitæ communis religiosæ, de qua conscripsi Tra-Ctatum. Renovatus est in me amor, & devo- Spiritus. tio erga Æternam Sapientiam. Studium etiam perfectionis in me expertus fum innovari: tune conscripsi meditationes; annuam, semestrem, hebdomadariam, diurnam &c. Hoc anno cœpi colligere, sub tempora Collectionis, puncta, luper

Vita come

Innovatio

en-

em. am.

ex

ihi

em.

lli,

itu,

em

10an-

que

m-

ati-

nu-

mo

ne,

um

ez,

on-

oti-

ra-

Tir-

me ere

nas

0-

m-

nhi

me

e-

one

nu-

super que postea toto semestri, facerem Exa-

men particulare.

Puritas.

moriendum.

Anno 1617. Thorunii in Rhetorica, amorem puritatis mihi Dominus donavit. Ibidem Resolutio ad habui in me resignationem plenam, pro Domino meo etiam moriendi, hancque resolutionem practice semel in quadam occasione habui. Hoc anno docuitme Dominus usum Pasfionis suæ. Hoc anno scripsi Tractatum de Indifferentia, de Fervore spiritûs, Considerationes de Sacerdotio, Hymnos de Æterna Sapientia.

Anno 1618. Polnaniæ, primo anno Theologiæ, scripsi, Verum JEsu Socium, Tractatum de Consideratione practica, Anni novi suppetias, & Faculam. Hoc anno didici Deum a-Amor Dei mare, & de peccatis dolere, scripsique Actum contritionis. Magnas Dei providentias expertus sum, magnamque fiduciam in Deum, & dilectionem ejus concepi. Vità Patris Josephi Anchietæ, multum ad pietatem sum adiutus, præsertim ad usum, & memoriam præsentiæ divinæ. Acquisivi amicum, qui mihi postea magnorum Dei donorum fuit occasio.

Anno 1619. Secundo anno Theologia, amorem orationis accepi: Conceptûs de Paílio-Corona vul- ne Domini colligere capi: Corona vulnerum Christi uti, & eam ad varias alias devotiones Corona bu- applicare cæpi : Adulatorem Divinum conscripsi. Protestationes facere didici. Coronas humiliationis, amoris &c. usurpare cæpi. Adju-

tus fum Mineris Seraphicis Salutii.

Pietas in defunctes.

miliationis

& amoris.

nerum Chri-

Anno 1620. Tertio anno Theologia, pietatem in mortuos dedit mihi Dominus. Tracta-

pfi 8 tra no on ver CO Tr COI dit ren po

eta

Pa

mi Vii tio gra adı cal rur qui ter Ru effe uti ani De juv

Gr

tian

tate

qui

Exa-

amoidem omiutio-

e ha-PaleIn-

atiosapi-

neoitum ope-

natum per-

, & ephi us,

ntiæ stea

, alioum

nes cri-

hulju-

ierata-

ctatum de Collectione, & Meditationes de Passione Domini, juxta triplicem viam conscripfi. Hoc etiam anno necessitatem Gratiæ Dei & dignitatem, usumque Gratiæ Divinæ, penetravi, & didici. Hoc anno, magna meo bono, magna mileratione divina, feci Confellionem generalem totius vitæ religiolæ, 14. Novembris. Hoc anno, Litanias de S. Ignatio, Donum Conconscripsi. Hoc anno, devotionem erga SS. templationis Trinitatem didici. Hoc anno, prolufionem contemplativam à Deo accepi. Hoc anno, dedit mihi Deus, vel potius extorlit à me amorem paupertatis; Hoc anno, docuit me Deus, pondus fenfualitati detrahere.

Anno 1621. Quarto anno Theologia, dedit B. Virgo Premihi Dominus devotionem erga Sanctiffimam tiofifima. Virginem Mariam, lub titulo Hæredis, & Pretiofissimæ Parentis. Hoc anno, cæpi colligere gratias, illustrationes, & devotiones divinas, adnotareque libro certo. Hoc anno, ex occalione commentariorum Patris Salazar lectorum, multum hausi devotionis, æstimationisque B. V. & ex tunc cæpi ea solum à Deo petere, quæ Pretiosissima Parens à Deo mihi po-Itularit; cujus orationis maximos, & mirabiles effectus in me sensi, plurima enim & maxime utilia animæ meæ Bona, à Deo obtinui. Hoc anno, Sacerdos sum factus. Contulit mihi marum. Deus magnum zelum animarum. Gratiam adjuvandi eos, qui sunt in peccatis carnalibus. Gratiam etiam puritatis. Dedit mihi Deus gratiam confitendi benè: Gratiam petendi facul- Animi Gcretates: magnam animæ corporisque pacem poris pax. quietudinem passionum, & dominatum in eas,

Site

marumo

fere ordinarium & potestativum. Dedit mihi Dominus amorem omnium, ut amarem omnes, & amarer ab omnibus, animumque omnibus eventis celsiorem, & imperturbabilem. NotitiaChri- Dedit mihi Dominus notitiam Christi, de qua Tractatum conscripsi, magno meo Bono, &illuminationeinternâ. DeditmihiDominus graziam concionandi utiliter, ad cor audientium, & expertus sum aliquoties postea in confessionibus. Dedit mihi Dominus aliquas animas, in quibus devotionem erga Sanctiflimam Virginem, secundum votum meum promovi. Hoc. etiam anno, dedit mihi Dominus æstimationem suæ adorandæ voluntatis: sed ampliorem Lucrum ani- gratiam de hac re, postea accepi Cracoviæ, eodem anno, ubi etiam expertus sum, directas fuisse à Deo, ad me animas multas, valdè periculose se habentes, & afflictas. Hoc anno. cœpi in Sacro, postulare mihi, & aliis quibusdam, gratias à Deo, finales, efficaces, frequentes. Item gratiam finalis conversionis ad Deum Domini cujusdam, inimici valde Societati. Mortificationes Corporis hoc anno, plusquàm alias, frequentavi: totà quadragefimà, fingulis diebus, disciplinam feci, interdum adjecto cilicio. Anno 1622. Jaroslaviæ, in tertio anno pro-

bationis, capi in Sacro postulare à Domino, Desiderium gratiam Martyrii, ut possem fundere sanguinem pro Christo, qui pro me fudit suum. Dedit mihi Dominus spiritum, ad humilitatem, & odium mei ipsius propensum. Dedit mihi Deus

lumen quoddam magnum, de æstimatione Divinæ voluntatis, simulque impulsum, ut eam

Martyrus

fol im Sul fen nei cie

ten

lit 1 illo Am dit am ten que pac 1101

can dan De vel

me

De

ren que Do T11. re cor

poi cep nihi omomem. qua XII-

gran, & oni-

, in rgi-Hoc.

tiorem /iæ ,

ctas pe-

no. ous-

fres ad

cielus-

mâ, ad-

prono, gui-De-

n, &)eus

Dieam 100

solam, relictis multis aliis exercitiis, directe & immediate, in omnibus actibus meis intendam. Sub idem tempus, dedit mihi Dominus, ut elsem de Societate Stultorum Christi, quo in genere, plura alia latent beneficia, quæ hæc Societas complectitur. Sub idem Probationis tempus,

Anno 1623. Die Purificationis B. V. contulit mihi Dominus donum quoddam, meque de Donum Conillo certum postea reddidit. Benedictus Deus, sirmationis in Amen. Lublini, dum docerem Logicam de-gratia, de quo dit mihi Dominus, vel potius resuscitavit in me amorem æternæ Sapientiæ, docuitque me artem, cum illa aliquomodo converfandi, eamque concipiendi. Dedit etiam mihi Dominus pacem animi magnam, prælertim à turbis palsionum. Sub idem tempus, famam meam Deo in facrificium immolavi.

Anno 1624. Lublini, dum docerem Physicam, exercuit me Deus in patientia per quosdam, & in amore inimicorum. Docuit me fame. Deus, ne me immiscerem negotiis, scire pauca Amor inimivellem, quæ aguntur &c.

Anno 1625. Califij, in Præfecturis, sensi in me auctum affectum erga Pretiofissimam Parentem, notitiam mei, & contemptum odiumque, & contemptum famæ meæ. Auxit in me Dominus devotionem pro animabus Purgato-Sub idem tempus, capi quotidie castiga- Expiatio dere disciplina quotidianos meos defectus, pro fessuum. corum numero.

Anno 1626. Die festo Conceptionis B. V. postquam consului Deum, aliquot diebus, accepi B. V. mihi in sponsam, & aliquot illi tra-

bat

fan

me

nei

nav

mu

exi

loc

rur

alit

um

tan did

cè,

per

apı

etia

CUI

rin

tas

Ga

Qu: ler.

ut 8

po plu

mo 10,

illu

Vic

mi

Affectuserga didi in filios, & hæreditates. Eodem anno cæpi singulis diebus tres Rosarii partes absolve-B. V. re B. V. in fingulis globulis coronæ, exercendo actum æstimationis Pretiosissimæ Parentis, super omnia Deo minora.

Extensio affectus erga Deum.

を選ぶる

Anno 1627. Revocavi antiquam meam confuetudinem, Deum, omnibus membris corporis, omnibus potentiis animæ, omnibus virium mearum viribus toto denique me, amare, æstimare, adorare; eamque consuetudinem exercere cæpi, primò, mane surgens, ante alia opera mea; deinde dormitum me conferens; tertiò ante Sacrum, quartò in Sacro; quintò post sacrum. Eodem anno, cæpi à Cantico il-Io, Sanctus Sanctus, incipiendo, Sacrum; dicere affectu quodam Seraphico, Cruciformi,

Affectus Se- in Deum elevato. Capi quoque celebrare fe-

cruciformis. stum Dignationum JEsu Chr sti.

Anno 1628. Invasit me quâdam nocte, no-Fervor Spiri- vus quidam spiritus fervor, ita ut manifeste agnoscerem novitatem gratiæ divinæ, & spiritus, mutationemque mei de tepore in fervorem; cæpit quoque mihi dulcescere eodem anno oratio affectiva: Sensi etiam me vocari ad actus Theologiæ mysticæ. Toto autem hoc vitæ religiosæ cursu, etsi me Deus morbis, & affectionibus Corporis, aliquantum afflixerit, ita tamen hoc fecit, ut semper communem vitam fectari potuerim hactenus, & sanus visus fuerim. Servavit quoque me Deus à malis Sociis, & quando periculosas familiaritates inire capi, tempestive illas Deus præscidit: hocque observavi in me, quod ii, qui videbantur aliàs laxi in disciplina, & mecum familiaritatem habe-

bant, semper meliores se reddi dicerent ex mea Familiaritafamiliaritate, & non auderent mecum, immò & tes nociva à me præsente, liberiùs agere.

Deo amota.

Nescio etiam, quomodo DEUS semper sineulla aliorum invidia, & nota, ita me gubernavit, mihique providit, ut ab his officiis communibus, quæ meæ valetudini erant obfutura, Semper insuper me DEUS in omni loco, in quo mansi, voluit, & dedit esse afflictorum, five morbo corporis, five tentatione, five Soldium aliter, folatium, & auxilium: quod etfinon me- liorum. um, fed aliorum videretur beneficium: meum tamen est revera: Hâc enim ego viâ, tam multa didici, & cognovi in omni rerum genere practicè, quanta vix multa lectione, aut tribulationum perpessione, didicissem. Expertus denique sum apud omnes, non solum fratres, & æquales, sed etiam apud Superiores, reverentiam, ita ut mecum semper mature, circumspecteque se gesserint, & mihi confidere soliti fuerint: quâ viâ, multas evasi distractiones, aliaque.

Hæ sunt viæ, quibus duxit DEUS Patrem Gasparem, primis viginti, vitæ religiosæ annis, qui comparatione annorum subsequentium censeri possunt, fuisse adinstar statûs incipientium, ut ex admirabilibus ejus manu scriptis luminibus, & praxibus, in duplici Tomo relictis, colligi potest. Dictitare etiam solebat ille, se eo titulo plurimum debere DEO, quòd juvenis non sit mortuus: insertus enim, inquiebat, fuissem cœlo, velut felis cæcutiens. Ah! si sic oculatus, illustratusque, cæcutientem se opinabatur; quis videntem se arbitrabitur? Cæterùm ViæistæDomini, non uni animadversioni aperiunt viam.

V.P.Druzb. Op.I. B Cel-

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK

nna

lve-

cen-

ntis,

con-

rpo-

num

esti-

xer-

a 0-

ens;

intò

; di-

rmi,

e fe-

no-

èag-

itus,

em ;

o o-

vitæ affe-

t, ita

vitam

fue-

CEIIS,

cæpi,

bfer-

s laxi

habe

bant,

tres

gran

fiffin

tion

mea

redi

abfo

lum

exau

firel

bo Ti Puri

folat Post

man

prær

iness

pron

fensi

hum

grediendum est.

Studia non Colligi enim ex iis potest inprimis; Studia in Reobstant vir-ligione nostra, nullo esse spiritui obstaculo, betuti & reli-neq; cohærere posse cumstudio virtutum. Deinde, divinas miserationes, non esse uni duntaxat ætati, aut tempori alligatas, sed semper præstò esse, dummodo præsto sint capacia earum subjecta. Colligi & illudpotest; magnis DEI servis id proprium esse, semper in via virtutis proficere, ac progredi, & lucis instar crescere usque ad perfectam diem. Sed ad alia jam DEI dona pro-

CAPUT III.

Revelatio quadam, & donum DEI speciale? Confirmationis in Gratia, Patri Gafpari divinitus concessum, decimo quarto ejus in Religione, Anno.

Xrevelationibus & donis specialibus, Patri Gasparicœlitus communicatis, primas tenet, Revelatio de dono Confirmationis ejus in Divi Gratia; quam verbis illius ipsius, ex libello Illustrationum ejus, genuine excerpo, estque talis. nis d

Anno. 1623. 18. Januarii, oravi non tam gmen mea sponte, quam nescio quo impulsu, pro ob- diæ I tinenda à DEO confirmatione in Gratia. Ora- mæh tionis autemhic fuit ordo, & modus. Impri- atam mis jussius sum expendere, quid, & quantum sit, ternu confirmari in Gratia? quos effectus habeat? &c. Secundo, sic oravi, dicendo in Corona Vulnerum nuar Christi Domini has preces. Per omnem cordis insol Tui bonitatem Domine DEUS meus, confirma me in DEO gratia Tua. Per vulnera Tua dulcissime IESU, con- 27. 1 firmame in gratia Tua. Tum ad B. Virginem dixi quod

Impulsus ad petendam Confirmatiomem.